

Respondeo dicendum sub ista p̄clusionione Heretici manifesti quando sine periculo potest fieri exterminandi sunt p̄ mortem et vita p̄niti. Ista p̄clusio patet quia tales sunt corrupti et infecti aliorum: s̄m illud. 11. Thimoth̄. 11. Heretici multū p̄ficiunt ad impietatem. sermo eorum ut cancer serpit. Que cōclusio patet per apostolum. 1. Cor. 5. Qui precepit exterminare vetus fermentum ne totam massam corrumpat. Et Hieronim⁹ ut habet. 1. q. 11. secante sunt carnes putride et scabiosa omnis a caulis repellenda ne tota dom⁹ massa et corpus et pecora ardeat. corrumpat. putrescat et intereat. Arius autē in alexandria vna scintilla fuit. sed quā non statim oppressa est totū orbem eius flāma populata est. Secundo p̄bat sic quia sunt homicidæ. vita eīm spiritualis multo melior ē q̄ corporalis. sed homicidæ extirpant qui auferunt hominibus vitam corporalem. ut habet. 1. Timoth̄. 6. Maliciosos non patieris viuere. q̄ multo amplius heretici qui auferunt hominibus vitam sp̄ialem. Tertio sic p̄cedit. In quantum heretici sunt falsarii christiane fidei. multo gravior ē corruptio per fidem per quā est aīe vita. Iustus eīm ex fide vivit. Abachuc. 11. Et ad rom. 1. q̄ falsificare monetam p̄ quā temporali vite subuenit. sed falsarii pecunie statim p̄ principes seculares morti tradunt. ergo multo fortius heretici statim quā te heresi videntur possunt iuste occidi. Quarto p̄batur conclusio. In quantum heretici dicuntur lupi. Lupi sunt ab omnibus arcendi pastoris officio. Job. 1. sed heretici sunt lupi. Act. 17. ergo iuste veniunt extirpandi. Quinto p̄bat p̄clusio. In quantum heretici sunt blasphemii in xp̄m. Levit. 24. Qui blasphemaverit nomen dñi morte moriatur. sed heretici sunt h̄mōi. ergo merito veniunt extirpandi per mortē magis q̄ rei crimine lese maiestatis. Ad rōnes in oppositū. Ad primam respondeat q̄ deus non vult hereticos p̄mitti viuere absolute. sed in casu t̄m. scz quā non p̄nt se parari a fidelibus sine periculo fidelium. Et hoc p̄venit duplici te causa. Una quā non bñ cognoscunt nec bene distinguunt a fidelibus. Alia quā habent tantos defensores q̄ si contra eos p̄cedat maius periculum in ecclesia. p̄babiliter extirpet. ut scismaticos vel interfectores fidelium a fautoribus hereticorum. tunc eīm p̄mittendi sunt. p̄pter maius periculum evitandum. ubi autē non occurrunt ista pericula sunt separandi ab ecclesia et iusticie seculari relinquendi ut exterminent per mortē sicut dictū est. Ad secundā respondeat negando p̄sequentia. Et ratio ē. quia modesta illa ut p̄mo et secundo corripat q̄ si redire noluerit. iam pro subverso habet. ut patet in auctoritate apostoli inducta. Ad tertiam respondeat negando p̄sequentiam. Tum quia philosophus loquitur de opinionibus specularibus t̄m. Tum quia consensus in unitate fidei est principium coniunctionis in caritate. et ideo discessus a fide excludit amicitiam familiaritatis.

Domimica septuagesime est euangeliū. In illo tempore dixit iesus parabolam hanc etc. Math. 13. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. Utz omnes hoies ad eternā beatitudinē a deo sint vocati. Secda. Utz requirant aliq̄ opa hoim ad beatitudinē p̄sequendam a deo. Tercia. Utz oim laborantium in vinea dñi sit vni remuneratio p̄mii.